SACRUM FOEDUS

Minervæ & Martis,

sivè

Sapientiæ & Fortitudinis

in

CONSTANTINO OSTROGIO

Supremo Palæmonii orbis Exercituum Duce,

Palatino Trocensi olim

O B S E R V A T U M,

Nunc demum

sub faustissimis Auspiciis

Celsissimi Principis ex antiqua Magni Ducatûs Litvaniæ Principum Kieyzgaylonum progenie, Illustrissimi Comitis in Bakszty, Domini,

D. JGNATII Kieyzgayłło

ZAWISZA

Minscensis, Czeczerscensis &c. Capitanei,

Post Sacrosanctè initum perenniter duraturum Fœdus cum Illustrissima Domina

MARCIBELLA de Kożielsk

OGINSKA

Palatinide Trocensi,

à Perillustri, Illustri, Magnifica Juventute Minscensis Athenæi Societatis JESU ludis Metagymnasticis

REPRÆSENTATUM.

Anno, quo

Metra Deo psaLLVnt arCtoa sVb aXe RVthenII.

Pridie Kalendas Augusti.

VILNÆ Typis Colleg: Acad: Societatis JESU.

In Avita

ILLVSTRISSIMORVM
ZAWISZARUM & OGINSCIORUM
DECORA.



I.

Lechia ne timeas, hic Olor diſpellet ad antra
Hoſtes, dum ſvavi voce ſonabit Io!

II.

Porta ſimul cunctis cùm ſit patefacta triumphis,
Hanc ornat Cygnus dulce canendo melos.

III.

Cum Porta Cygnus portendunt omina fauſta,
Hanc Portam Cæli comprobat albus Olor,
Hinc Corvos pellit, bubones diſſipat atros,
Nam Cælum ſolus Candor adire valet.



DEDICATIO.

S*Acrum Fortitudinis Sapientiæq; Fœdus in* Conſtantino Oſtrogio *conſtanter obſervatum è theatralibus umbris luci univerſi orbis proponens penna, ſub fauſtiſſimis auſpiciis Tuis præſumit evolare.* Mecænas Illuſtriſſime. *Evolabit procul dubio proſperè in ſublimem gloriæ verticem Olorinis ſuffulta pennis, ibiq; cum Tui Nominis amplitudine, ſuperatis ſiniſtræ ſortis ſcopulis, attinget ſcopum, quò hebetatus lunæ non pertingit radius, & quò remota longinquitas auricomum ire vetat Phœbum. Avitus etenim Cygnus Tuus quem ſuis ſublevat alis; is non jam terminalem Alcidæ feliciter tranſcendit metam, verùm extra remotiſſimos mundi penetrans cardines inoffenſo decurrit calcaneo. Ignorat nimirum gentilitius Olor Tuus humi ſerpere, altiùs ille & remotius, quàm altiſoni Tonantis fulminum geſtatrix ales, unà cum magnitudine Domûs Veſtræ ſe attollit, ibi decantandis laudibus Veſtris perquirens theatrum, ubi latè patens orbis adeſſet ſpectator. Auguſta quippe Virtus Veſtra anguſtis non patitur coarctari terminis, cui veriùs, quàm quondam Pellæo Iuveni unus non ſufficit orbis. Aliorum duntaxat ultra Patriæ limites non excedit gloria, iiſdemq; perſæpè ſeneſcit in cunis, in quibus nativam aſpexit lucem, Illuſtriſſimum verò Nomen Veſtrum extra ipſos mundialis machinæ prodiens cardines, ab ultimis demiſſiſſimè adoratur terrigenis. Illuc nempe nectarea Illuſtriſſimi Nominis ſvaviſſimè reſonat fama, quocunq; Patritius Veſter pertingere valet Penniger, quem utpote ſublimè volantem nullà Thetidis Neptuniq; diſcrimina terrere, nulla Telluris nubiùmq; obſtacula ei poſſunt obſtare; cuncta terriculamenta veloci ridendo prætervolat paſſu. Si curioſâ quiſpiam inveſtigatione perſpicacem ad primum volatum candidiſſimi Cygni Veſtri direxerit palpebram; cautè, velim, palpet Aboriginum Ve-*

ſtrorum Phænomena, ne cum Phäëtonte majora viribus audens, ab A-vitis Antenatorum Veſtrorum incendatur ignibus, aut cum Icaro al-ta petens rudis ſiderum explorator ruat in opprobrium, aut deniq; tantorum Nominum, ſeu potius Numinum ſcrutator Momus obruatur Majeſtate. Cælo enimverò ZAWISZARUM Majeſtas contigua eſt, Deorumq; Sangvini connexum genus; quotquot nimirū Illuſtriſſi-mæ Domûs refulgent ceræ, tot grandia Poloni Poli reaccenduntur Luminaria, à quibus veluti à Phœbo Cynthia, umbratilis ſplendorem mutuatur Septemtrio: quotquot de Illuſtriſſimis Antenatorum Veſtro-rum emicant faſtis, tot vel faſciata Lechici Palæmoniiq; orbis Nu-mina, vel Semideos prono veneramur poplite. Quis namq; aſſe-ret eos communi mortalium aſſociari Syllabo, qui ſangvinem De-orum tangentes ducunt Lineas, quoſq; immortales coronat æternitas? Deorum ſangvini Veſtrum conjunctum fore genus, candidus non jam candidatus, verùm cæli incola Gentilitius comprobat Cygnus, qui no-vit vel ipſum Titanem ab auſteriore Poli protegere inclementia, ſubq; cujus forma ſummus Olympi Rector peramanter delituit, aut potiùs ſe toti univerſo monſtravit, atteſtante Pöëta:

Proxima ſors Cygni, quem cælo Juppiter ipſe
Impoſuit, formæ pretium, quæ cepit amantem,
Cûm Deus in niveum deſcendit verſus Olorem. *Manil: l. 1.*

Adeò olorinus ſupremo in deliciis extitit candor, ut in ejus trans-eundo ſpeciem, ipſum ſua bearet divinitate. Non mirùm proinde Ve-ſtrum genus numinum appropinqvare generi, dum & ipſa numina il-libati Cygni Veſtri ſpecioſâ ſe induere exambiunt ſpecie, Divi-numq; ſangvinem ſuum mirâ Metamorphoſi cum eo commutare. Hæc in illimi cælo nivei Oloris Veſtri Gloria, non minor ejuſdem in Po-lono enitet Polo, qui ab exordio Lechico-Palæmonii orbis non alios pro-duxit Heroas, niſi jure merito Numinum titulo inſignitos. Com-probat hoc vero Numine plenus S. Adalbertus *de domo Rożyc ZA-WISZA Archiepiſcopus Gneznenſis, inclytus Martyr, Principalis Po-loniæ Patronus, Patre Slaunico, Libecenſi Comite, Matre Strze-żyſlava in Bohemia natus, Radzinusq; Frater ejus in Archiepiſco-patum Gneznenſem Succeſſor, qui primi in Poloniam bonis avibus, quia Candidis involando Cygnis, Roſinorum, ceu roſarum cæleſtium, Zawiſzarumq; invexerunt Familiam, cujus Glorioſam antiquita-tem à Celſiſſimis Comitibus derivatam nulla non miratur ætas. Pa-tet id etiam in antiquiſſima, cumq; ipſo Litvaniæ Primordio progna-ta Stirpe Celſiſſimorum Principum* Kieyzgaylonum, *quorum alii ſu-premi Iovis ſui obibant vices* (a) *(uti patria teſtantur monumenta,* poſt

(a) P. Kojał: Hiſt: Litv: par: 2.

poſt fata Sigiſmundi Kieyſtutiadæ totam Rempublicam Litvanam Kieyzgaylonem rexiſſe) *alii Mercurio non impares, uti* Michaël *&* Joannes Kieyzgaylones, *qui nobiliſſima perfuncti Legatione, Caſimirum Iagelonidem ad Magni Ducatus Litvaniæ Solium provexerunt: alii Saturno non diſſimiles, aurea Samogitiæ effecerunt tempora, ubi plurimis ſæculis* Kieyzgaylones *Gubernâſſe eadem comprobant monumenta; alii deniq; Marte, alii Palladia clariſſimi arte, nihil non Divinum in ſe fuiſſe perſpicuè univerſo demonſtrant Orbi. Optaverat quondam Magnus Macedo ſubtili Apellis depingi penicillo, non ignavo Pyrgotelis incidi ſcalpro, operoſâ ex ære Lyſippi formari dexterâ; & ſi peritior Apelle ſuos radios in ſubtiles penicillos transformaret Apollo, fortior Pyrgotele Gradivus bellica inſtrumenta in acutiſſima recuderet ſcalpra, Tellus ipſa Lyſippi locô omne æs in ſuis viſceribus recluſum prodens, prodigioſas ex eo funderet ſtatuas; fruſtra hæc numina erythræis pretioſiora Gemmis frontis ſuæ amitterent ſtillicidia, non ZAWISZARVM ex æquo genuinam monſtrarent, imò nec attingerent magnitudinem. Et hæc itaq; rudis penna, utpote graviore non inſtructa cothurno, è ſacris cineribus cunctos Illuſtriſſimæ Domûs Veſtræ eruderare non audet Heroas, quos & ſua ſæcula, & noſtra ſatis decantavêre tempora; omnes tamen levi prætervolare auſu inexpiandum committere formidat piaculum. Hinc prima in fronte veluti duo magna appingit Luminaria, duos ſcilicet ex Illuſtriſſima Familia Veſtra, in primariis Lechico-Palæmonii Orbis fulgentes Cathedris proponit Infulatos. Primum ſibi vendicat locum, ut pote tempore prior Cracovienſis Antiſtes* (b) *Primasq; Regni, qui merito Lechiæ dicendum Caput, cùm veluti in Romano* Capitolio, *in Sarmatiæ Capite propè ante quadringentos annos ſacris ornatus claruit Tiaris, Regis obeundo vices. Alter ſola temporis poſteritate inferior, at Dignitate omni ex parte ſuppar priori, quia primâ Senatorii honoris in Palæmonio orbe veſtitus Purpurâ, Vilnenſis Præſul, Referendarii inſuper, & Notarii Magni Ducatûs Litvaniæ inſignitus officio: huic Encomiaſtes* (c) *compendioſam, aſt nervoſam contexuit panegyrim, quam hîc annectere non incongruum videtur, quæ ſic ſonat: IOANNES ZAWISZA Laureis Philoſophicis in Academia obtentis, juris utriusq; Lauream ſuperaddidit. Vir omni encomio ſuperior, Conſtanti pietate, comitate morum; amore in Patriam. Vladiſlai IV. Ioannis Caſimiri, Regum Poloniæ animos ſibi devinxit. Referendarius & Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ, demum Vil-*

B *nenſis*

(b) P. Kwiatk: in Annul: Eccl: (c) P. Joan: Preuſch: in Univerſit: Viln:

nensis Episcopus, Częstochoviæ consecratus, in Pontificali munere quatuor duntaxat annos, virtutibus & meritis sæcula implevit. Obiit Anno Domini 1661. Hactenus Encomiastes. Hinc quisquis hanc inspicis paginam, ZAVISIANÆ Domûs Magnitudinem ex his duobus Præsulibus metire, quorum calcaneo totius Regni, ipsorumq; Regum subjecta erant Capita. His licèt pullâ coopertus veste, attamen Regali condecorandus Sacerdotio meritò annumeratur minimæ Societatis Religiosus, maximus ejusdem Benefactor; se enim & sua in victimam Deo offerendo, profusissima liberalitate Philosophicum Almæ Academiæ & Vniversitatis Viln: fundavit cursum. Infulatos Præsules & Sacerdotali coronandum Cidari, Purpurei, magnisq; Diis non absimiles subsequuntur Dynastæ: Horum numerum, heroica facinora, immortalem gloriam ex æquo depingere, Herculeæ, Atlanticæ, cæteræq; in unum compactæ vires haud quaquam valerent, faciliùs enim crederem cum Patre credentium coruscantia posse numerari sidera, quàm siderea Illustrissimæ ZAWISZARVM Familiæ conscribi numina: ideoq; hæc penna ne vel temerarii ausûs incurrat pœnas, cupiens scilicet omnes Illustrissimorum Antenatorum non thaumaturgâ manû excitare Manes, vel nulla priorum mentione facta, ne impietatis contrahat maculas; Laconicè aggreditur proponere. Bonæ, imò optimæ Famæ primum Dobieslaum *Magni Antistitis Cracoviensis Parentem perennantem in recenti Posterorum memoria, licèt dudum jam sacris obrutum ruderibus, eruit pœnna; cui unà cum Infulato Filio suavis* (d) *Cantator Lyrico sic applaudit concentu:*

- - - - Tyndaridæ duo
ZAVISIANI Sidera Nominis
Culmen Senatûs utriusq;
Ex Meritis habuêre summis.
Mitræ Rosinus Præsuleæ decus
ZAWISZA, Regis Consus & Arbiter
Quàm dignus extabat suprema
Munera distribuens Polonis.

Alterum quoq; tum suo, tum toti Illustrissimo Nomini ZAWISIANO ferentem incrementum Cresłaum *Castellanum Sandomiriensem primis duobus, proximè Annis honoribusq; conjunctum adjungit sepia: hunc niveus Ales ad quævis decora citatis vexit cursibus. Ne extra sepes Laconismi evagetur sepia, sequentes compendioso*

(d) Samuel Podgurski Doctor Cracov: in Propositionib: Christianop: editis ab Illustriss: Parente Mecænatis.

dioso attingit stylo. Skulim ZAWISZA armis potentissimus, factis Christianos implevit fastos, quem Sigismundus Maximus Romanorum Imperator (e) Threicio Tyranno cruentum ciens bellum, veluti Achillem, Pannonicas evocavit in oras, ubi triumphales Martis chalybe metens Laureas, eos optimi Cæsaris promeruit favores, ut illius victoriosos ausus supremis honoribus, Pannonicâq; decoraverit curuli. Idem fortunatus Hector non solùm Gradivum egit, verùm etiam facundum in se expressit Mercurium; Regiarum enim factus arbiter nuptiarum, diversas prospero eventu Poloni Hungariciq; Regni conjunxit mentes. Eustachiani gloria Nominis, nescia unquam commori, utpote summis subnixa trophæis, æternis perennat sæculis; cujus Martem non semel pallente facie effrænis Prædo Borissicus reverentissimè adoravit, laurigeros porrigendo triumphos; unde hoc sibi promeruit elogium, à sera posteritate decantandum, quòd fuerit Vir bellicosus. Hic Gloriosissimus Litavæ gentis Succamerarius, Tuus, Illustrissime Mecænas, Tritavus, præter alios titulos, bis, imò millies dicendus, ex progenie nobilissima beatus, quòd unum supremum Gazæ præsidem, alterum Senatui egregium genuerit Catonem. Immortalis gloria Illustrissimæ Domûs Vestræ sumpsit augmentum, in altumq; cum accrescente Atavo Tuo excrevit Josepho, is quantus fuerit, Vendensis testatur curulis, qui præter Palatinos Vendensis ditionis fasces, fastos posthumis ad legendum gratos, hoc adornavit encomio: Senator magnæ dignitatis. Non detraxit gratiam Illustrissimæ Prosapiæ Vestræ gratiosus Joannes Abavus Tuus, Comes in Bakszty, Dominus in Rakow, Castellanus Vitebscensis, imò in immensum auxit, quia numerum antiquarum à Iove prognatarum Gratiarum adimplevit; eodem nempe tempore Nicolaus solo nomine terror, at re ipsâ amor, Dominus in Zyrmuny & Szwekszty, Palatinus Vitebscensis; ac Andreas Nomine req; fortissimus an potius inconcussa Fortitudo, Thesaurarius Magni Ducatûs Litvaniæ, tres Comites, veluti tres Gratiæ, comiter secum convixerunt; quos etiamnum Patria suos vocat Camillos. Locupletavit quasi arborem Porphyrii Illustrissimam Familiam Vestram novo prædicamento, quia Catonis prædicato insignitus, Christophorus Proavus Tuus, Christum in suo præseferens nomine, Magnus Magni Ducatûs Litvaniæ Mareschalcus, Capitaneus Minscensis, Czeczerscensis; quâm bellè hic Cato peroraverit, universus stupere, non capere valuit orbis. Dignum Illustrissimâ Domo Vestrâ subscripsit elogium, firmissimumq; addidit fulcrum, Fortissimus

(e) Idem Author.

tiſſimus in nomine ſuo Andreas Avus Tuus, Comes in Bakſzty, Notarius Magni Ducatûs Litvaniæ, Capitaneus Minſcenſis, Czeczerſcenſis, hanc ſubjiciendo Epigraphen: in æternum non commovebitur. Nec mirùm hanc Illuſtriſſimam Domum in æternum duraturam, quam firmiùs Herculeis columnis, ſuis Lacertis veluti Atlantes, Joannes Capitaneus Braſlavienſis, alter Joannes Capitaneus Minſcenſis, & Georgius Capitaneus Czeczerſcenſis, Comites, in comitatum ad fulciendum eam, ſuccurrunt Andreæ. Succedit initium, an Coronis omnium Encomiorum Illuſtriſſimæ Familiæ Veſtræ Illuſtriſſimus CHRISTOPHORVS STANISLAVS KIEYZGAYŁO ZAWISZA, Comes in Bakſzty, Capitaneus Minſcenſis, poſtea Braſlavienſis, deinde Palatinus Minſcenſis, trium generalium Regni Comitiorum Mareſchalcus, Tuus Illuſtriſſime Mecænas Digniſſimus Parens, qui pariens Palladem meritò dicendus Iupiter: quotquot nimirum (præter alios Luci mandatos libros, uti: Bogá Nieśmiertelnego &c. aliosq; non paucos) juſtæ magnitudinis volumen Chriſtiano-politicas involvit propoſitiones, tot ſingularia infuſæ ſapientiæ ſpecimina, Delphicisq; ſolidiora refert oracula. Hunc Iovem, an è Tripode perorantem Apollinem, non ſolùm Lechico-Palæmonius ſtupuit adoravitq; orbis, verùm ipſum Vrbis & Orbis in Capitolio reſidens Caput CLEMENS XI. adèo clementer, reverenterq; coluit; ut ei in pignus æſtimatæ à ſe Dignitatis ſinè pretio munus, Corpus ſcilicet S. Feliciani Martyris obtulerit, pro quo tum univerſa Ruſſia in debitum ruens cultum, tum præcipuè Minima Societas IESV maximas refert gratias, vovetq; cunctis ex Veſtra, Illuſtriſſime Mecænas, Familia pro aureis aris perennem in cælis aram. Non prætervolat penna, aliàs incurreret pœnas, magnum Poloni Poli Sidus, an Sidereum numen Illuſtriſſimum Joannem Georgium Patruum Tuum Vexilliferum Minſcenſem, cui utpote Superſtiti, ſuisq; Meritis ac Virtutibus adornato, elogii locò, hoc breve adjicit votum: Æternùm vivat incolumis. Tandem veluti in proprio conſtitit ſolo, dum Sole clariorem Te ipſum, Mecænas Illuſtriſſime, attigit penna, in quem miſta fluunt, & quæ diviſa beatos efficiunt, collecta tenes. Supremo quondam deceſſurus fato Philippus Macedoniæ Rex, emortua voce ad circumſtantes hæc proloqui auditus eſt: Non morior, nam Alexandrum, in quo vivo, relinquo: Veriùs inte tota Illuſtriſſima vivit Familia, & quod diviſim quisq; præſetulit, totum id tibi vectigali militat elogio. Vigent etenim virentq; in Te Antenatorum Tuorum

rum

rum attributa, præsertim viget, vivitq; in Te Pater Tuus, quem utpote vera imago, ad vivum expressisti. Expressisti in Te Patris Sapientiam, quam in exteris nationibus non colligere, sed spargere videbaris: Expressisti liberalitatem, quia cum sole dispergis manus: Expressisti in rebus agendis dexteritatem, nam non pridem dexterâ sceptro dignâ, præter innumera experimenta, Mareschalcalem tractâsti scipionem: Expressisti fortitudinem, prudentiam, & quidquid honesti nomine comprehenditur. Vivit quoq; Illustrissimus Pater cum Antenatis in Illustrissimo Feliciano *omnis felicitatis faustissimo omine Capitaneo Similiscensi, Fratre Tuo, quem omnis felicitas cunctusq; honor jure merito exambit esse suum. Vivant proinde in Vobis Majores ultra Platonicos Annos tamdiu, donec confractis Titan rotis tetrâ illimem Polum obducat caligine, vos verò sereni partibus ætheris nova inserat Sidera. Hîc se offert primariis adornanda elogiis* Illustrissima MARCIBELLA de Koźielsk OGINSKA PALATINIS Trocensis Consors Tua Mecænas Illustrissima, *cum qua non pridem nullâ vi Parcarum violandum, in facie totius Polonico-Palæmonii, imò universi orbis, quia tempore Comitiorum Regni generalium, ad præsentiam Serenissimi Poloniarum Monarchæ* AUGUSTI II. *Maritale Sacrosanctè inivisti Fœdus, an potiùs auream Tuo vertici imposuisti Coronam. In hac nimirum Illustrissima Heroina Minervæ Sapientia, Bellonæ fortitudo, Iunonis resplendet Majestas, & quocunq; antiquæ gloriabantur Deæ, id totum possidet. Ab hac Tua Illustrissime Mecænas Corona, pro immortalis Gloriæ Tuæ Coronamento, sangvine Tibi juncta Nomina (seu veriùs numina)* Celsissimorum KIEYZGAYLONUM, WISZNIOWIECCIORUM, KORECCIORUM, SANGUSZKORUM, RADIVILLIORUM: ILLUSTRISSIMORUM LIGIENZIORUM, TISZKIEWICCIORUM, SAPIEHARUM, OGINSCIORUM, LUBOMIRSCIORUM, POCIEJORUM, MNISZKORUM, CHOTKIEWICCIORUM, HLEBOWICIORUM, SIENIAWSCIORUM, BRANICCIORUM, POTOCCIORUM, WIELOPOLSCIORUM, TARŁONUM, DENHOFFORUM, POŁUBINSCIORUM, WOŁŁOWICCIORUM, ZENOWICCIORUM, WOYNARUM, SZCZYTORUM, WOŁŁODKOWICIORUM, ZYZEMSCIORUM, *Millenorumq; fœdere Affinitatis indissolubiliter, ceu Gordio nodo, conjunctorum, generatim appingit penna, quot Nomina, tot Magna venerando numina, quibus ex æquo celebrandis universi orbis facundi non sufficerent Ora-*

 tores,

tores, multò minus tenuis hæc rudisq; valet ſufficere penna. Vnde perſpicuè Tua Illuſtriſſime Mecænas nullis circumſcripta Limitibus apparet Magnitudo, quibus etenim hæ Regiæ, Celſiſſimæ, Illuſtriſſimæq; Familiæ gaudent præconiis, id totum jure meritiſſimo Tibi debetur. Iam ſepia Laconiſmi ſepta concludens, dum ad alios pro Tui Honoris incremento ſuſceptos feſtinat Labores, hoc Lyricò applaudit metro:

Io canentes Pierides date
Nunc mille plauſus; perſonet integer
Pindi Senatus, vivat Io!
IGNATIUS, Vireatq; ſemper.

Ita vovet

Tuo Nomini & Honori

Devinctiſſima Humaniorum Literarum
Juventus Minſcenſis Athenæi
Societatis JESU.

ARGU-



ARGUMENTUM.

EXtra Patrium solum lucentes soles scenicis, non inducimus umbris. illi nimirum passim cum alta sapiente, cælosq;incendente Phäetonte soli exambiunt solis occupare solium. Si quodvis Regnum cælum, sapientesq; Reges soles nemo non audet appellare, multò congruentius Poloni Monarchas Poli hoc Elogio decorandos existimo, qui veluti veri Cynthii, rejectis fatui Phäetontis radiis, in Eruditos dispergunt cum sole manus. Enituit id in Serenissimo Poloniarum Rege Sigismundo primo, qui CONSTANTINUM OSTROGIUM Illustrem à Minervæ umbris, Illustriorem à perpolitis Gradivi armis effecit, Ducalem conferendo Clavam, Palatinosq; tradendo Fasces. *Ioachim Pastorius in Floro Polonico l. 3. c. 6. ad Annum* 1548. *P. Kołajowicz Historiæ Litvanæ parte* 2. *l.* 6.

PROLOGUS.

FAma jussu Minervæ excitatis è Lethali Morpheo Sarmatiæ Heroibus, Ostrogiũ Arte, & Marte plus cæteris celebrem primaria inter Heröes Dignitate coronat, frustra obnitente Livore, ac Invidiâ, Genius verò Minscensis Gymnasii, vacante adhuc Solio, Mecænatem suum sago & Toga Illustrissimum, sapientiâ, fortitudine, Justitiâ, ac liberalitate celeberrimum cunctis proponens adorandum magnorum Nominum, & Poloni Poli Numinum inscribit Catalogo. Unde extollentibus Heroibus immortalia facta Prædecessorum Illustrissimi Mecænatis, ejusdem Genium Pallas supremo locat in Solio, quà Sarmatico, quà Palæmonico orbi colendum.

Sławá z roskázu Minerwy ze snu śmiertelnego obudźiwszy Sármáckich Rycerzow, Ostrogiuszá w náukách, y w dźiełách wojennych sławnego znáczną obdárza Godnośćią, czemu prożno przeszkadzáją Zazdrość, y Nienáwiść: Geniusz záś Mińskich Szkoł widząc Tron wákujacy, Mecenasa swego pokojem y woyną wielce wsłáwionego, Mądrośćią, Męstwem, Sprawiedliwośćią, szczodrotą nayzacnieyszego, wszystkich do winney adoracyi záchęcájąc, miedzy Polskiego Niebá przednieyszemi Bohátyrámi w kátálog zápisuje. Potym po wychwaleniu od Rycerstwá nieśmiertelnych dźieł, krore Antenáci Iáśnie Wielmożnego Mecenasá wiekopomney Sławie zostáwili, Geniuszá Iáśnie Wielmożnego Mecenásá Pallas ná Tronie sádźi, do czći onego świát osobliwie Sármácki y Litewski nákłaniájąc.

INTERLUDIUM.

ACTVS 1*mus*.

Scena 1*ma*. Tumidus triumpho Scytharum Regulus devictis Litvanis, aciẽ lustrando Gradivi, inter cæsorum cadavera jubet inquiri Ostrogium, quo non reperto, incidit in ejus clypeum Pallade super subjecta arma insignitum, cum Lemmate: *Requies hæc certa Laborum* (a) unde putans illum funestâ belli jam subla-

(a) *Symbolum Caroli Borbonii Regis Navarræ*

tum

tum aleâ optimum de futuris ſucceſſibus ſuis ſumit omen, clam obſervante Scythicum faſtum Oſtrogio.

Nidęty z tryumfu Tátárſki Krolik po zwyćięſtwie Litewſkiego woyſká, ná plácu Marſowym miedzy pobitemi każe ſzukáć Oſtrogiuſzá, ktorego nie ználaźſzy, nápada ná jego tárczę, Palladą y wojennemi zbrojámi oznáczoną, z nápiſem: Odpoczynek ten pewny po pracách. *Z kąd wnoſząc, iż on muśi być z innemi zábity, dobrą o przyſzłym powodzeniu ſwoim bierze otuchę, co wſzytko Oſtrogiuſz żywy ſłyſzy, y widźi.*

Scena 2da. Stimulante auri ſacrâ fame aliquot è Scythis cæſorum excutiunt peras, quibus perſcrutandis dum inſudant, ſemianimem inter trucidatorum cadavera reperiunt Ducem Stanislaum Kiſzka, quem ubi adhuc ſpirantem ſuo Regulo ſiſtere contendunt, ab accurrente in defenſionem Stanislai Oſtrogio, profligantur, illud Senecæ ingeminantes: *Avaritia multum concupiſcendo, omnia amittit.*

Chcąc ſię zdobyczą obłowić kilku Tátarow u zábitych ſzukájąc pieniędzy, nápuł żywego miedzy zábitemi znaydują Hetmáná Stániſłáwá Kiſzkę, ktorego gdy przed ſwoim Krolikiem ſtáwić uśiłują, rzućiwſzy ſię ná obronę Stániſłáwá Oſtrogiuſz, rozpędza Tátárow, to z Seneki powtarzájących: Łákomſtwo wiele prágnące wſzytko tráći.

Scena 3tia. Stanislaus Kiſzka, Mareſchalcus, & Dux Litvaniæ ultimum trahens ſpiritum, debitæ gratitudinis ergò defenſori ſuo faſtos Ovidii donat cum incluſis ad Regem literis proprio Sangvine exaratis, ſequenti ſtylo: *Pro Deo, Rege, & Lege occumbo.* Adjicitq; commendatitium Conſtantini ſenſum: *Conſtantiam cole, Tartaros pelles procul.* Stanislaus tradit literas, & ſimul ultimum Oſtrogio redddit vale.

Stániſław Kiſzká Márſzałek, y Hetman Litewſki przy oſtátnim tchu ná znák wdźięcznośći obrońcy ſwemu Księgę Owidyuſza dáruje, z liſtem do Królá krwią właſną piſánym, w ten ſtyl: Zá Bogá, Królá, y Oyczyſte práwa polegam, *w ktòrym też Konſtántyná Krolowi tym záleca ſenſem: Konſtáncyą czći, Tátárow zápędźiſz dáleko. Stániſław Liſt, y oſtátnie Oſtrogiuſzowi oddáje wale.*

Scena 4ta. Conſtantinus revolvens Ovidii faſtos, in Librum incidit triſtium, hoc verſu prænotatum: *Parve, nec invideo, ſinè me Liber ibis in urbem:* hinc triſtia ſumit omina, quæ ut evadat, Scythica ſe cooperit veſte, progrediensq; fugâ ſibi ſalutem laturus, à milite Litvano habitus pro Scytha impetitur, ſed objecto libro illæſus permanet, mileſq; confracto in fruſta ab obice gladio, utpote inermis fugâ ſibi conſulit, arripiens in terra jacentem illum clypeum, in quo erat Lemma: *Requies hæc certa laborum.* Oſtrogius verò in fragmentis hos reſperit characteres: *Matre, & Minervâ potens illuſtrabitur,* quibus lectis, futuros eventus & ſe Auctori omnium bonorum committit Deo.

Konſtántyn przeźierájąc Owidyuſzá, napada ná ow wierſz: Máła, áni zázdroſzczę, bezemnie Księgo poydźieſz do miáſtá; z tąd ſmętną bierze otuchę, przeto żeby przygod uſzedł, Tátárſką ná ſię wdźiewa ſuknią, myśląc ućieczką ſálwowáć ſię; w tym nań Zołnierz Litewſki, májąc go zá Tátárzyná, nápada, ále on Księgą záſtaniájąc ſię, ſzwánku nie odnioſł. Zołnierz o Księgę złamawſzy miecz, ućiekájąc bezbronny, porywa ná źiemi leżący puklerz, ná ktorym nápiſano: Odpoczynek ten pewny po pracách; *Oſtrogiuſz záś ná złomkách Mieczá, ten znayduje nápis:* Márſem, y Minerwą Możny objáśni śię. *Co przeczytawſzy, przyſzłe przygody, y śiebie Sprawcy wſzego dobrá porucza Bogu.*

INTERLUDIUM.

CHORVS 1*mus.*

Genius Oſtrogii aſtu Livoris ſyrtibus inhærens à Pallade animatur illo Virgilii monoſticho: *Cantantes ſublimè ferent ad Sidera Cygni;* qui mox advolantes

è pe-

è periculo extrahunt Pelagi, mirantémq; quòd signatum sangvine Cygnum viderat (b) informat Gymnasii Genius, Avitam esseAvem Illustrissimi Mecænatis, Illustrissimo Sangvine Colligatorum in Illustrissima Consorte non indecorum, quem congruis prosequitur Laudibus.

GeniuszOstrogiusza zá zdrádą Zazdrośći ná przepaśćistych mieyscách osádzony, przez Pálládę dobrą bierze otuchę owym z Wirgiliuszá wierszem ćieszacą: Spiewájące wysoko ćię wyniosą áż pod niebiosa Łábęćie, ktorzy zaraz przyleciawszy, od upadku w morze wyzwalája onego. Gdy się zás Geniusz Ostrogiuszá dźiwuje, iż Krwią náznáczonego widźiał Łábęćiá; Informuje go Geniusz Szkoł, że to Łábęć jest Iáśnie Wielmożnego Mecenásá zeKrwią Iáśnie Wielmożnych Ogińskich przez Iáśnie Wielmożnego Przyjáćielá dożywotniego skolligowány, ktorego godnemi wynośi pochwałámi.

A C T V S 2dus.

Scena 1ma. Zdradonus ambitionis vento inflatus, ignarus fatiDucis St- nislai Kiszka, varia meditatur stratagemata ad perdendum illum, Ducalis Clavæ obtinendæ causa. Verùm obvium habens Ostrogium Scythicam speciem præferentem, tanquam exploratorem aggreditur, excussóq; illius sinu, reperit librum cum inclusis ad Regem literis, ex quibus discit jam sublatum esse Ducem Stanislaum, Ostrogiumq; Regio favori commendari. Proinde ne sibi palmam præripiat, receptis literis Ostrogium arctæ mandat custodiæ, autumantem illud jam suum sortiri effectum: *Parve, nec invideo, sinè me Liber ibis in urbem.*

Zdrádonus widtrem pychy nádęty, niewiedzacy jednák o zeyśćiu z tego świátá Hetmáná Stánisłáwa Kiszki, rożne zdrády mysli pod nim knowáć, żeby się mu Hetmáńska dostáłá buławá. Wtym spotyka Ostrogiuszá po Tátársku ubránego, ktorego májac zá szpiegá, trzęśie, y znayduje Kśięgę, á w niey do Krolá list, z ktorego y o śmierći Stánisłáwá dowiáduje się, y zálecenie Ostrogiuszá Krolewskiemu fáworowi czyta. Przeto żeby go do tey godnośći nie ubiegł, odebrawszy list, Ostrogiuszá do ćiásnego oddáje więźienia, rozumiejacego, iż śię już to wypełniło zá odebrániem listu, co przedtym w KśiędzeOwidyuszá czytał: Máłá, áni zazdroszczę, bezemnie Kśięgo poydźiesz do Miástá.

Scena 2da. Zdradonus traditis literis Secretario ad servandum secretissimè, adit Magum de fraudis successu consulturus, ubi ænigmaticum audit responsum: *Constantius non tu Ducis feres gradum*; quod sic interpretans: *Constantius non, tu Ducis feres gradum*, mandat pro Constantino parari infame Lignum.

Zdrádonus oddawszy ListSekretárzowi do schowánia ják nayskrytszego, idźie do wieszczká, rádząc się o powodzeniu zdrad swoich, gdźie enigmátyczną słyszy odpowiedź: Konstántyn nie ty Hetmáná ponieśiesz stopień. *Co sobie ták wytłumáczywszy;* Konstántyn nie, ty Hetmáná ponieśiesz stopień. *Szubieniczne ramy ná wpráwienie w nie Konstántyná każe gotowáć.*

Scena 3tia. Miles, qui contra Constantinum ut contra Scytham arma sumpserat, redditus Patriæ carceris obit custodias cum illo clypeoConstantini, in quo erat inscriptum: *Reqvies hæc certa laborum.* Constantinus suo clypeo cognito, opinans hunc militem sui antea fuisse invasorem, ostendit fragmenta chalybis, illo notata charactere: *Marte, & Minervâ potens illustrabitur*, quæ etiam custos dum agnovisset sui gladii esse frusta, simul Constantinum cognoscit, hinc veniam erroris postulat, quòd cæco eum insequeretur impetu, nititurq; recluso carcere liberare Constantinum, qui nolens egredi, impetrat à milite, ut quantocyus fratrē Amandonum ad se invitet ex aula regia, ipse interim lectione libri occupatur.

Zołnierz, ktory ná Konstántyná, jáko ná Tátárzyná zbroyno nástąpił, wroćiwszy się do Oyczyzny, więźienia strzeże z owymże Konstántyná puklerzem, ná ktorym nápisano: Odpoczynek ten pewny po pracách. *Konstántyn swoy puklerz*

(b) *Ovid: 12. Metamor:*

poznaw-

poznawszy, dorozumiewájąc śię, iż ten żołnierz nań przedtym náćierał, ukázuje mu ułomki mieczá z owym nápiſem: Márſem, y Minerwą możny objáśni śię. *Zołnierz poznawszy swoje ułomki, poznawa oraz Konstántyná, ktorego przeprasza, że śię oślep nań porywał, y chce otworzywszy więźienie, uwolnić go, Konstántyn záś niechcąc z więźienia wychodźić, prośi go, áby czym prędzey Brátá jego Amandoná do śiebie przyzwał ze dworu Krolewskiego, sam záś tym czásem czytániem kśięgi zábawia śię.*

Scena 4ta. Rex Sigiſmundus de bellica cum Tartaris triſtatur alea, quem Zdradonus de funeſto exercitus informat exitu, Ducemq; cum Conſtantino ſublatos doloſus inſinuat Sinon. Interea Miles ex aula evocat Amandonum, cui vivum eſſe nuntiat fratrem, aſtu tamen Zdradoni in tetro gemere carcere.

Krol Zygmunt o wojennym z Tátárámi powodzeniu troszczy śię, ktoremu Zdradonus oznáymuje, iż oboz znieśiony, y Hetman wespoł z Konstántynem poległ. W tym żołnierz ze dworu wywoławszy Amándoná, oznáymuje mu, że brát jego żyje, tylko zá zdrádą Zdrádoná więźienie ćierpi.

Scena 5ta. Amandonus injuſtè patienti compatiens fratri, in Zdradonum atrâ commovetur bili, decernitq; quavis arte ſe illi nociturum: verùm leniora ſapere à ſapiente inſtruitur Conſtantino, nimirum ut literas aliquo modo ſangvine, & manu Stanislai Ducis ſcriptas à Zdradono recuperet, quæ illum utpote latorem liberabunt abſq; dubio.

Amandonus nád niewinnie ćierpiącym brátem litując śię, gniewem zápala śię, y stánowi wszelkim sposobem Zdrádonowi szkodźić: lecz rostropny Konstántyn w tym go mityguje, rádząc, áby jákim sposobem listu, krwią, y ręką Stánisławá Hetmáná pisánego, á u Zdrádoná zostájącego dostał, zá ktorym niepochybnie o swoim uwolnieniu ufszy.

INTERLUDIUM.

CHORVS 2dus.

MAvors pulſo Livore, triumphales genio Oſtrogii erigens portas, nonniſi ferro, & Sangvine reſerandas proponit; reponente ad id Pallade: *Nil mihi cum bello, pacem, poſtesq; tuebor.* (c) Genius verò Gymnaſii facta reflexione ad fœderatas Cygnis portas, auream Mecænatibus erigit portam, hanc Senecæ inſcribens Epigraphen: *Hæc Porta Regni* (d) *custodit* (e) *& arcet*; unde ſumpto impetu enumerat Fama, quantum hæc Porta cuſtodiat triumphos, & arceat hoſtes.

Mavors odpędźiwszy Zazdrość, tryumfálne Geniuszowi Ostrogiuszá wystáwując Bramy, oznáymuje, iż ich żaden bez żelázá, y krwie rozlánia niedobędźie; ná co mu Pallas odpowiáda: Nic mnie po woynie, pokoy w tych podwojách zákładam. *Geniusz záś szkolny uczyniwszy reflexyą ná spowinowácone Łábęćiom Bramy złotą Mecenásom wystáwuje Bramę, to z Seneki przypisując:* Tá Bramá Krolewska strzeże y broni. *Zkąd wźiąwszy impet Sławá, wylicza jáko wiele tá Bramá w sobie záwieráłá tryumfow, á jáko nieprzyjáćioł gromiłá.*

ACTVS 3tius.

Scena 1ma. Luſtraturo Zdradonis ædes Amandono miles obviàm procedens monſtrat literas caſu repertas, miraturq; quòd ad Regem cruento charactere ſint inſcriptæ, quibus acceptis Amandonus, dum attentius conſiderat; Stanislai Ducis agnoſcit manum: proinde cum iis celeri paſſu ad Regiam feſtinans Sigiſmundo legendas tradit.

Gotującemu śię w domu Zdrádoná szukáć listu Amándonowi, żołnierz spotkáwszy, pokázuje list przypadkiem ználeźiony, z podźiwieniem, że ná nim do Krolá tytuł krwią zápisány: Amandonus ow list wźiąwszy, gdy śię pilniey przypátruje, Stánisłáwá Hetmáná poznawa rękę, zátym spiesznо do Páłácu Krolewskiego przybywszy, Zygmuntowi do czytánia podáje. Sce-

(c) Ovid: 1. Faſtorum. l:

Scena 2da. Sigiſmundus lectis literis, informationeq; perceptâ, quòd illarum ſit lator Conſtantinus, idemq; fraudibus Zdradoni circumventus in carcere gemat; Fiduno mandat, ut innocentem exnunc liberet.

Zygmunt liſt przeczytawſzy, y zrozumiawſzy, że go Konſtántyn przynióſł, oraz tego ſię dowiedźiawſzy, iż zá podeyśćiem Zdrádoná więźienie ćierpi; Fidunowi roſkázuje, áby wraz niewinnego uwolnił.

Scena 3tia. Conſtantinus libertate à Fiduno donatus, illa clypei verba: *Requies hæc certa laborum,* & illud fracti gladii: *Marte, & Minervâ potens illuſtrabitur* (quòd nimirum per hunc liberam cernat lucem) exiſtimans verificari, ſiſtitur Regi, qui de morte ejus triſtis, de ſuperſtite vita lætior, lethali fato oppreſſi Stanislai Ducis honorem, facta deliberatione cum Senatoribus, dandum ſtatuit Conſtantino: Zdradonum verò (eo id occultè ſubaudiente) omni ſpoliatum dignitate ad pœnas perquiri jubet.

Konſtántyn przez Fidunà uwolniony, ſłowá ná puklerzu nápiſane: Odpoczynek ten pewny po pracách, *y one ná złomkách mieczá:* Márſem, y Minerwą możny objáśni ſię (*że przez nie wolne widźi świátło*) *muiemájac iż ſię już wypełniły ſłowá, przed Krolem, ktory ze śmierći jego żáłoſny, ále z życia weſelſzy, zeſzłego Stániſłáwá Hetmáná honor, po deliberácyi z Senátorámi obiecuje dáć Konſtántynowi: Zdrádoná záś (ktory to po ćichu wſzyſtko ſłyſzy) ze wſzelkiey godnośći złupionego ná karánie ſzukáć każe.*

Scena 4ta. Zdradonus gratiâ Regiâ, & ſpe Ducatûs ſe exutum ſciens, in Regem furibundus, Conſtantinum cum fratre Amandono è vivis tollere declarat, amentiq; ſimilis in fanum irruens delubra concutit, quòd falſa ſibi illis verbis: *Conſtantius non, tu Ducis feres gradum,* promiſerint.

Zdrádonus z łáſki Krolewſkiey, y z nádźiei Hetmáńſkiey godnośći wiedząc śiebie być wyzutym, ná Krolá ſrożyſię, á Konſtántyná z brátem jego Amándonem zábić obiecuje, y niby od rozumu odſzedſzy, wpada do bałwochwalnicy Wieſzczká, báłwány tłucze, że mu kłamliwie temi ſłowy: Konſtántyn nie, ty Hetmáná poniesieſz ſtopień, *godność obiecáli.*

Scena 5ta. Magus furorem ſubaudiens, in fanum advolat, confractoſq; deplorat deos: Zdradonus interim obvium ſtricto acinace invadit Amandonum, ac veluti excæcatus, impellente irâ, poſt eum Regiam irrumpit in aulam, ubi captus, infami Ligno adjudicatur, trahiturq; à milite ad illud ſupplicium; quod innocuo præparaverat Conſtantino, non falsò explicans effatum: *Conſtantius, non tu Ducis feres gradum,* ſcilicet ejus, qui futurus eſt Dux, pœnas ipſe lues.

Wieſzczek háłás ſłyſząc w bałwochwalnicy, przybiega, ználazſzy bogow ſwoich potłuczonych, opłákiwa: Zdrádonus záś ſpotkawſzy Amándoná, z dobytym mieczem gniewem zápalony, oślep áż ná Páłác Krolewſki zá nim goni ſię, tám porwány, ſądzony, y prowádźić go żołnierzom kázáno ná też ramki, ktore niewinnemu nágotował był Konſtántynowi: tu już o ſobie nie kłamliwie wykłada: Konſtántyn, nie ty Hetmáná poniesieſz ſtopień, *to jeſt tego, ktory ma być Hetmánem, kárę ná ſobie poniesieſz.*

Scena 6ta. Sigiſmundus illa literarum ponderando verba: *Conſtantiam cole, Tartaros pelles procul,* per Conſtantiam interpretatur Conſtantinum, cujus prudentiâ & fortitudine pellendos uſq; ad Tartarum ſperat Tartaros: eum proinde ſupremi Ducis exercituum honorat officio, universâ aulâ, & milite applaudente. Hîc jam Conſtantinus non invidet, quòd parvus liber (nempe Stanislai Ducis Literæ) ſinè ipſo iverit in urbem ad manus Regias, ex quibus *Requies hæc certa laborum,* nempe honor ſubſecutus eſt: illudq; cernit impleri: *Marte, & Minervâ potens illuſtrabitur,* quòd nimirum tâm ſcientiis, quàm fortitudine iſta Numina, veluti fœdere inito, eum decoraverint.

Zygmunt one liſtu uważájac ſłowá: Konſtáncyą czći, Tátárow zápędźiſz dáleko

leko, *przez Konstáncyą rozumie Konstántyná, ktorego rostropnością y męstwem áż w pod-ziemne lochy spodźiewáć się zápędźić Tátárow: jego więc Hetmanem czyni*: z czego *weselac się, cáły dwor Krolewski, y Rycerstwo mu applaudaje.aTu już Konstántyn nie zazdrośći, że máła księgá (to jest Stánisłáwá Hetmáná list) bez niego do miástá, y rąk Krolewskich poszedł, po ktorey doyśćiu:* Odpoczynek ten pewny po pracách, *to jest honor nástąpił: y to widźi, iż się spełniło:* Mársem, y Minerwą możny objáśni się, *to jest, że ták mądrośćią, jako męstwem ći Bogowie, niby przymierze z sobą uczyniwszy, jego ozdobili.*

E P I L O G U S.

GEnium MinscensisAthenæi non unius diei tolerantem pondus & æstum, & jam fatiscentemAvitus Illustrissimi Mecænatis Cygnus alis suis ab inclementia cæli protegit; cujus ope prioribus restitutus viribus, dum Fautori, & Protectori suo debitas rependit grates, pari æstu suo in Gymnasio desudantium collecto syllabo, in refrigerium fatigatarum virium laureâ promotionis adornat.

Geniuszá Mińskich szkoł nie jednego dniá ćiężar, y upał wytrzymującego, y już práwie omdlewájącego Stárożytny IáśnieWielmożnegoMecenasá Łábęć skrzydłámi swojemi od niełáskáwośći Niebieskiey ochrania, zá ktorego pomocą do pierwszych przywiedźiony sił, gdyObrońcy yProtektorowi swemu winne oddáje dźięki, rownymże upałem w tychże szkołách utrudzonych zebrawszy w kátálog, ná ochłodę sfátygowánych sił Laurem promocyi ozdabia.

Ad Majorem DEI Gloriam.



męstwem
nanem czy-
.aTu już
ná list ybez
nek ten pe-
ſem, y Mi-
Bogowie ,

um, & jam
pentia cæ-
tectori ſuo
o ſyllabo,

ujacego, y
bęć ſkrzy-
do pierw-
ie dźięki,
ná ochło-

